



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XIV. Bischof Luder von Werden bestätigt die Genehmigung seines Vorgängers Yso vom Jahre 1223 über einen Gütertausch der Propstei zu Döhre, am 1. November 1250.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

susceperunt sed adhuc tenentur paganis ritibus irretiti, ad vere fidei unitatem inducantur, Theodericus, prepositus ecclesie de Distorp, in una villarum istarum ecclesiam construere definiuit ut magis ex hoc ad suscipiendam fidem eorum deuotio excitetur. Cum autem edificata fuit ecclesia, post modum de ecclesia Distorp singulis annis ecclesie nostre in festo Galli ferto argenti conferetur, et omnes ville ad ecclesiam que in aliqua ipsarum constructa fuerit pertinebunt et sepulturam ac baptisma recipient in eadem. Si autem predicti homines, Slaui scilicet, suis ritibus renunciare noluerint Teutonici vere fidei cultores substituuntur eisdem; Synodum autem Witinge frequentabunt. Ad maiorem huius facti firmitatem presens scriptum ecclesie prefate cum sigillo nostre ecclesie monitum in testimonium validum erogamus. Datum Halberstad, anno domini M^o. CC^o. quadragesimo V^o., quarto Idus Junii, pontificatus nostri anno quinto.

Gercken's Dipl. II, 164-166. — Beckmann's Beschreibung V, I, X, Sp. 147. 148.

XIV. Bischof Luder von Verden bestätigt die Genehmigung seines Vorgängers Ojo vom Jahre 1223 über einen Gütertausch der Propstei zu Döhre, am 1. November 1250.

Luderus, dei gratia Verdenfis ecclesie Episcopus, Omnibus presens scriptum inuentibus salutem in domino. Litteras domini ac antecessoris nostri pie memorie Episcopi Yfonis vidimus sigillo suo illeso sigillatas non abollitas neque cancellatas formam continentes infra scriptam — — (Urkunde Nr. VI.). Nos vero quia premisse littere confirmationis corrumpi possent vetustate et ita factum quod per eas confirmatum est in obliuionem deuenire, huic periculo succurrere cupientes fidem ac consensum litteris et confirmationi premisse adhibentes factum predicti domini et antecessoris nostri ratum habentes in nomine domini confirmamus. Si quis autem huic nostre confirmationis pagine contraire presumerit, indignationem Dei omnipotentis et beate Marie genitricis ejus se nouerit incursum. Testes sunt Gerardus scholasticus, Friedericus prepositus de Bardeuic, Olricus Archidiaconus in Beuenhusen, Aluericus Scucco, Thidericus notarius, Henricus de Erzen, Hermannus Scucco, Johannes de Moule, Hartwicus de Linthorst, Reckmarus de Tzernhusen, Henricus de Broke et alii plures. Datum in Barduic, anno gratie M^o. CC^o. L^o., in die omnium sanctorum, pontificatus nostri anno XX^o.

Gercken's Dipl. I, S. 397.